



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Ivstitia Et Ivre Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici  
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

**Soto, Domingo de**

**Venetiis, 1608**

4 Satisne sit id simplicum restituere quod iniuste sublatum est.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38878**

tur, quia Vniuersitati dar quod ei de rigore iustitiæ commutatiue debet. Sin vero prætermisso digno eligat indignum, atque ea, quod arbitrator, vera sunt quæ supra diximus, restitutioni tenetur, non illi prætermisso digno, sed Vniuersitati, si id modo posset restituere. Nam stipendia Vniuersitatis non sunt instituta in rem ipsarum personarum, sed sunt mera stipendia quæ Vniuersitas soluit suis ministris. Vnde sicut Rex qui non præficit dignum ministrum reipublicæ, nihil debet digno prætermisso, sed reipublicæ, ita qui eligit indignum, dānum non dedit nisi reipublicæ, quæ suum soluit stipendium. Et ideo elector licet cathedram debeat digniori, hoc non est propter ipsum sed quia per iustitiā commutatiuam, debet Scholis talem ministrum. Haud tamen negauerim quin aliquam ei faciat iniuriam, & ideo teneretur in alia cathedra, cæteris paribus, illi fauere. De impediendis autem alia est ratio. Qui enim per vim vel fraudem aliquem impeditur ne obtineret cathedram, non dico alteri suffragium suum præstando, sed si asceret eum ne cathedram peteret, quam certum erat se alioqui obtenturum, aut si deciperet electores, ne illum eligerent, quia spoliatur ipsam eo iure quod appetendum habet, tenetur ei vel in partem, vel in totum probatione fraudis aut vis. At de priuatione suffragantium, lib. 1. tetigimus, & nunc amplius dicere repetimus. Bisariam namque Scholares iniustitiā faciunt suffragando Vno modo, dum furtim se ingerunt, cum non sint eiusdem cathedrae auditores, atque isti si dānum dent, statim restitutioni tenentur, quia re vera nullum habent suffragandi ius. Alio modo quia auditores sunt, tamen suffragandi iure propter delictum, verbi gratia ambitus, & quædam, si oblationis, sunt priuandi. Et tunc antequam condemnentur, suffragari vtiq; possunt. Quæ circa si Rector eos delictum non interrogat, non sunt suffragando iniqui, si autem interrogantur, fatentur tenentur veritatem, maxime si sunt suspecti, & condemnati, tenentur parere. Nam si nulla infamia aut indicij laborant, iniuriōsa est interrogatio & ideo, dum et tamen mendacium id valent, tacere possunt. Si autem iuste interrogati veritatem celant, tunc perinde ac si condemnentur iniquissimi & faciunt, & contra iniustitiā si suffragium præstant, quan-

doquidem per iniuriam rectum iudicium suffugerunt. Et idem de illis censendum, qui Scholarium albo non sunt adscripti. Haud enim ipso facto suffragandi iure carent, si re vera sunt ordinarij auditores. Et ideo nisi per sententiam priuentur, eodem possunt iure uti. De his quæ iudo acquiruntur quemadmodum sunt restitutioni obnoxia, si petantur, aut si vis dolus e interuenit, satis quaestione præcedenti dictum est. De inuentis autem, libro sequenti quaestio. de furto dicendum.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum satis sit id simplicium restituere, quod iniuste sublatum est.*



On satis est desinisse omnia, quæ ablata sunt restitutionis onere esse grauata, sed & id quoque perscrutandum, vtrum satis semper sit simplicium restituere. Et arguitur a parte negatiua. Legitur namque Exod. 22. Si quis furatus fuerit ouem, aut bonem, & occiderit, aut vendiderit, quinque boues pro vno boue restituit, & quatuor oues pro vna oue. Illud autem fuit iudiciale, cuius instar similia sunt sub lege gratiæ a principibus constituta. Simile enim dixit Zachæus, vt se apud Christum commendaret. Luca. 19. Si quid fraudauit, reddo quadruplum. Similisque est fori exterioris praxis, quippe qua sur non ad simplicium tantum condemnatur, sed vt multiplicatum reddat, vel supplicium pendat. Cum ergo leges ciuiles obligent in conscientia, sit vt non semper sufficiat simplicium restituere. In contrarium autem est, quod restitutionis obiectum non est, nisi inæquale illud, quod per ablationem factum est per aequalitatem ad iustum reuocare, quod sit, si quantum abtulisti, tantundem reddas.

Ad quaestionem duabus conclusionibus respondetur, iuxta duo huius distinctionis membra. Duo namque in oblatione res alienæ est considerare. Primum, substantiam ipsam oblationis, ex qua inæqualitas restituitur, vt minus ille habeat a quo res sublata est, plus autem ille qui sustulit. Et hoc ipsum commune est tam iustis, quæ iniustis ablationibus.

Nota ad  
d. iniustitia

Prima  
conclu.

Secunda  
conclu.

Tertia  
conclu.



nibus. Nam siue rem mutuo, siue furto accipias, siue credito emas tanto alter minus habet, quâto tu plus. Secundum, quod in ablatione consideratur, est modus ipse auferendi, puta si quis per fraudem aut vim quidpiam vel auferat, vel auferre conatur. Et hoc ubique habet conuoluiam iniustitiam, seu re vera rem auferat, seu nihil auferat, ut ille qui in conatu suo quo præuale- re non potuit, succubuit. Sit ergo prior conclusio. **Quantum ad naturam attinet ac finem restitutionis, satis in vniuersum est illud simpliciter restituere quod iustuleris, siue per fas id fecerit, siue per nefas.** Enim uero restitutionis nomen officium est præcise iustitiæ commutatiuæ, nil atinens ad vindictiuam. Ob id quæ nihil ei refert iustane fuerit oblatio, an uero iniusta, sed solum æqualitatem constituere. Accipisti quatuor siue per mutuum siue per furtum, totidem ergo via restitutionis debes. Conatus aut es furtum facere, nihil tamen potuisti surripere, nihil via restitutionis debes. Quo fit, ut restitutionis obligatio quando debitum certum est, nullam expectet iudicis sententiam, sed ex lege ipsa oriatur. De hac autem actiua restitutione, nempe si aliquando quis plus secundum conscientiam debeat restituere quam abstulit, libro sequenti sub titulo de furto reddi sermo.

**Posterior conclusio.** Ad pœnam quæ debetur ratione iniustæ acceptationis, nemo ante iuris condemnationem tenetur, sed tunc quando facta fuerit condemnatio. **Conclusio hæc in latissimum hinc nos campum disputandi mitteret, nisi tam longamque accurata disputatione lib. 2. q. 6. fuisset a nobis pertractata.** Illic enim eius ueritatem longa rationum acie constabiliuimus, ubi declarauimus quemadmodum si sententia sit pecuniaria, illico sit à reo soluenda, si autem si corporalis supplicij, non tenetur se offerre, sed satis si, si absque illata ministris iustitiæ iniuria, eam patiatur. **Quæcirca de hac secunda conclusione nullum hic uerbum ad eundem nobis est restitimus nostra repetitione molesti.** Illic enim cuius inter fuerit inspicat. Sed neque de prior conclusionem dubium restat ullum postilla, quæ hæcenus dicta sunt. **Quod ergo ad hunc articulum spectat, id tantum est, ut discere mere dicas quando res ad meritam attingat restitutionem, quando**

uero ad pœnam iuris. Illa enim illico nulla spectata sententia restitutionis oneri subiicitur, hæc uero non nisi post latam sententiam. Exemplum unum pro pluribus esto. Dicebamus enim illic quod dum lege frumento, aut uino, aut cui uis aliarum mercium pretium statuitur, tunc qui carius uendit, statim ceu fur tenetur ad restitutionem excessus iusti pretij, ad pœnam uero non nisi condemnatus. Pari modo, qui ouem, aut bouem furatur, statim tenetur ualorem pœcoris restituere, quadruplum uero aut septuplum non, nisi condemnatus. Per quod utique satis factum est primo membro capitalis argumenti. Horum ergo intar de cæteris coniecit.

**Perficiendum inquam est, an leges penales sint, & tunc non obligant nisi post latam sententiam, secus autem, si alius generis extiterint.** Quo fit, ut uestigialium leges & tributorum quæ publicis regi tanquàm stipendia contribuuntur, in conscientia obligant ad soluendum ante sententiam, quia non sunt penales, dico, dum tributa iusta sunt. At qui ubi res est dubia, tunc iudicium non pertinet ad subditos, sed recurrendum ad principem, & interim seruandæ sunt leges nisi aperuissimam præ se ferent tyrannidem. De illo autem tributo, quod nostri Alcaualam nuncupant, iam in calce superioris libri disputatum a nobis est, ubi quanta polleat iustitia, pro capitulo nostro diximus. Est nisi eum moderatione exigatur, æquum & iustum. Diximus tamen inter alia hoc forsitan moderamine ut in conscientia licere, quod dum res uenduntur, quæ non sunt grandis pretij, non tenentur uenditores publicanos ad soluendum quaerere, satis, n. est soluere dum ab illis petitur, dum modo uenditores non utantur fraude & dolo, ut se occultent. Leges autem, quibus transitus mercium prohibetur et regno, penales sunt, & ideo neque si frumentum, equos, uel aurum efferas, pœnam teneris soluere, nisi captus. **Quamuis ut in superioribus teigimus, peccatum si mortale eiusmodi re, quæ in regni commodum euchi uentantur, foras asportare.** Neque in contrarium uiget quod publicani qui sua pecunia eiusmodi fiscales pœnas redimunt, ius hinc recipiendi, & ideo qui non soluit, dant illis dat. Nō inquam hoc uiget quod illa se conditione intelligere debent easdem redimere fiscales pœnas, ut ab eis præcise, quos

Leges uestigialium obligant in conscientia.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Distin. et o. no. tinda.

OTO  
tue  
dibus  
III  
13



Not. ceperint extorqueant. Quin vero hoc im-  
praesentiarum obiter addiderint, quod in  
regnum confinis, quae eiusdem sunt  
regis, non deberent haec mercium extractio-  
nes, & commercia prohiberi, quippe quae  
non tam in regnum bonum, prohiberi  
videantur, quam in quæstum. Sed nolo in  
publicas leges oblatrare. Dubium autem  
hic proprium est his, qui furim in alienis

Dubiū  
de cedē-  
tibus li-  
gna in  
alienis  
nemori-  
bus.

Distin-  
ctio.

Not. I.  
quod  
do mul-  
tis ali-  
quibus  
causis

nemo ibus ligna cadunt, aut in alienis pa-  
scuis furim, oves suas pascunt. Parat enim  
vulgus ob id quod qui capiuntur, pecunia  
multantur, quae penali lege decreta est,  
eos qui euadunt, ad nullam teneri restituti-  
onem. Quod tamen manifeste falsum  
est, immo eadem regula utendum est scilicet,  
ut poenam a precio rei furto sublatae di-  
scernas. Hac enim ratione claritas gratia  
vri pro meo capti soles. Aut enim caedua  
sylua, eiusdem vrbis aut castri propria est,  
cuius qui ligna cadunt, sunt ciues aut in-  
cola. Et tunc arbitrator, nisi insignem stra-  
gem faciant, ad nullam teneri restitutione  
neque poena, neque pretij, nisi capiuntur.  
De poena enim res est certa, sed de pre-  
tio inde id mihi suadeo, quod oppidum vi-  
detur suis oppidanis ille lege ligna distri-  
buere, ut qui capietur, poenam luat, qui ve-  
ro euaserit, gratis sibi praedam acquirat.  
Idque censuerint, ut si vtrunque duorum  
oppidorum, quae propinqua sunt, nemora  
habeat, tunc enim videtur etiam sibi mu-  
tuo illa lege ligna condonare. Quare non  
tenentur ad restitutionem nisi insignem  
aliquam depradationem, ut dicebamus,  
faciant. sed si capiuntur, tenentur subire  
penam. Aliiter vero contingit ligna fur-  
tim ex nemoribus euahere, quae prorsus  
aliena sunt, nempe quae neque sunt tui op-  
pidi, neque alterius vicini, cuius oppidani  
vicissim nemora tuo oppidi participant, ut  
modo dicebamus, quia forte iuum castru  
nullam possidet nemus. Et hoc est quod

Regula  
aliquo-  
rum.

in quest. versatur. Sunt enim qui illam am-  
plexi regulam, quod vbi lex poenam ahibi-  
bet, non obligat ad peccatum, securas eo-  
rum conscientias reddunt, qui ligna furan-  
tur, ut nisi rapiantur, non sint restitutioni  
subiecti. Hec tamen, ut libro primo late  
discussimus, deceptoria est regula. Immo  
propterea lex poenam imponit, quod cul-  
pa subest. Poena enim nisi pro culpa non  
potest poni, ob idque qui ligna ab eiusmodi  
nemoribus depradantur, tenentur om-

nino ad restitutionem pretij lignorum, nisi  
vere committunt peccatum furti, genere  
suo mortale. Atque idem de pascuis cen-  
scendum, ad poenam autem non, nisi capi-  
antur, & condemnentur. Secus, si forte qui  
nemus uetat, suam explicet voluntatem,  
quod sub illa lege & condutione vult dare  
ligna, quod tamen nunquam audiuimus con-  
tingisse. Nonnulla autem impraesentiarum  
admonito opus est. Primum licitum esse  
caesionem syluae vetari in bonum reipubli-  
cae, nempe ne in eius perniciem dissipetur.  
Secundo est notandum, quod domini qui  
bus rex oppida cum nemoribus elargitur,  
non possunt alia ratione illa custodire, quam  
rex fecisset. Non enim aliud eis ius conce-  
dit, quam habet. Et ideo si nemora hoc fe-  
rent, non sunt oppidanis vetanda ad ne-  
cessarios vsus. Immo vero etiam si nemora  
propria sint domini, non sunt eo rigore  
vetanda ut corporalis in figatur poena, ne  
que vero grauis pecuniaria. Enimvero ar-  
bores & ligna quae abq. cultura terra pro-  
geniunt, iure gentium communia esse debe-  
rent. Neque enim uita humana sine quo-  
tidiano lignorum vsu transigit. Ob idque  
eorum furtum non est ea lance aestimandum  
ac si quis ab arca tua, aut de tua domo, ni-  
mos aut suppellectilem furaretur tua. Quo-  
circa qui ligna cadunt, nusquam gentium  
infamia latronum aut furtum denotatur.  
Satis ergo est moderatas exigere poenas. Et  
reuera vbi domini tam acerba animadu-  
uersione miseros subditos a nemoribus ar-  
cerent, ut praegrauem paterentur inopiam  
forte sine mortali culpa possent illa suffi-  
rari ligna quae quotidianis vsibus saltem  
foci essent sibi necessaria. Pari ferme mo-  
do est de venatione arbitrandum. Venatio  
enim primum omnium iure gentium  
communis est, nempe ut fera & auis, quae  
a nemine capta prius fuerat in ius tran-  
seat capientis, ut patet institutione. Est de  
rerum diuisionum. Vnde Aristotel. 1. Po-  
litic capitulo quinto venationem, pariter  
esse vult reipublicae. Et fundantur hoc  
ius in illo dominio Genes. 1. hominibus  
datum in cuncta animalia terra, & volatilia  
caeli, atque aquarum natalia. Nihilominus  
vero triplici de causa iure venatio  
uetatur. Primum est venationis locus com-  
munis sit ciuitatis aut oppidi, uetari licite  
potest a principe, & a domino per viam  
gubernationis, nam ferae ac pisces non so-  
lum



lum ornamento sunt, & decori Reipublicæ, verum & necessitati seruiunt. Ob idque non est vulgi temeritati venatio committenda, sed debet ordine, ac lege fieri, ne disperat. Secundo, princeps etiam communita loca Reipublicæ potest aliquot proprio vsui dicare, neque ad hoc, vt quidam aurumant, requiritur consensus populi. Iustum quippe est, vt pro sua dignitate gratia recreandi animi venationem habeat paratam. Præterea quoniam a pros, ac ceruos, & id genus bestias, non concedet a plebeis venatu imperi: sed vt referentur ingenus, qui prætorum simulacra aduersus eas meditantur. Hoc autem non est hic absque admonitione silendum, quod non est eadem ratio in magnatibus ad custodiendam sui gratia, verandamque venationem, quanta in principe, etiam si cum suis iuribus ea fuerit ipsis largitus. Nam rex potest, exempli gratia, in toto Regno decem, aut duodecim loca sibi reseruare, & forsitan non possit bis, aut ter centum. Si autem magnatum singuli in suis oppidis, aut territorijs plura haberent loca custodienda, grauamen Regno fieret intolerabilius. Sunt enim ferae aues, & pisces de iure gentium communes, vt locis Institut. & ff. de rerum diu. citatum est, & ideo non est nimium populus a venatione cohibendus, quandoquidem libertatem etiam habeat illo modo, tum animum recreandi, tum & queritandi victum. Sed tercio modo, quod ad rem perinet, custoditur venatio, nempe quia est in loco, non communi oppidi, sed proprio ipsius domini, quo suam custodit venationem. Nam, vt habetur locis proximè citatis de rerum diu. potest fundi dominus prohibere ne quis venationis gratia illud ingrediatur. At verò in his omnibus primùm omnium, vt de syluis dicebamus, cauendum est ne penæ acerbæ statuatur, quia illud non est iustum furtum, aut latrocinium, perinde ac dum domus, aut burse compilandur. Quare profectò crudele est pena corporali plecti ingredientes loca vetita venationis gratia: sed satis est si duplum, aut triplum soluerent, & plagas, instrumentaq; perderent. Præterea hoc sanctissimè admonendum, vt qui feras custodiunt damna data in integrum soluant, quod sanctissimè fit. At quo tandem prætermittis penæ, quæ absque dubio ante condemnationem non debentur,

ad restitutionem valoris bestiole, aut piæ causæ descendamus, dicendum quod vbi venatio in loco communi seruatur, & qui venatur cuius est, arbitror ad nullam restitutionem teneri, tam etsi forte aliqua culpa sit facere contra legem, quoniam cum venatio in loco sit totius reipublicæ, non præsumitur lex obligare ad restitutionem, sed ad penam si condemnentur. Id enim iustus sanè est, quæ quod de lignis diximus. Quando verò locus est proprius domini, si locum ipsum ingrediatis species est furti, & tunc maximè dum muto est cinctus, & ideo ad restitutionem damni teneris. Dixerim, si locus muratus fuerit, quoniam si fuerit patulus, non video cur restitutionis obligatio emerget. Enimvero etsi fundi dominus id iuris habeat illic venandi, vt alios inde arceret valeat: non tamen inde fit consequens dominium habere ferarum, quæ illic nutriuntur, perinde atque arborum aut terræ nascenium. Primum, quod feræ terra non fert, vt cæteros fructus, sed ipse se animalia res propignit, tum etiam quod eadem animalia, vaga sunt, & ad quocunq; diuagandum libera, si ergo dominus fundi non est syluestrium animalium dominus, si vt qui illa occiderit, non fiat restitutionis reus. At que huic definitioni maximè consonat l. 6. Partit. 3. tit. 28 qua sancitur, vt qui a domino fundi non præmonitus quipiam fuerit in fundo alieno venatus, sibi quod cepit acquirat. Quod certe iniustum esset, si id sub dominio esset domini. Qui autem præmonitus bestiolam ceperit, non sibi, sed domino fundi obueniat, in penam scilicet quod ingressus est alienum fundum. Quare forte ante condemnationem in nihilum tenetur. Si autem extra domini locum feram transixeris, aut laqueo ceperis, certum est te ad restitutionem non teneri, præsertim si in prædio tuo illam fueris venatus, ac multo minus si feram damnum tibi dantem repereris. Nisi forsitan inter oppidanos ac dominum conuentum stato pectio fuerit, quod dominus constituit, vt nullibi venatione noceret, sed suo venandi, quod gentium est, iuri renunciant. Forte quia dominus & damna bona fide soluit, & tributorum remissionem illis nonnullam facit, vt eidem iuri renuntient. Aues autem in triplici sunt differentia, nam alie sunt merè syluestres, & harum aucupium defendere, etiam in fundo proprio iniquitas est,

Secunda.

Tertia.

Qui se...

OTO  
LRE  
DIBUS  
DIII  
13



De columbis. est, quādoquidem nullibi, nisi per modum transitus commorantur. Præterquam si preciosissimæ essent, ut accipitres, de quibus pluculum dubij esset. Sed tamen nec auferem ad istam restitutionem obligare venantes. Alia sunt in alio extremo ciucres, ac domesticæ. Quas furripere abique vlla controuersia furtum est. Sed alia sunt media, ut columba, quæ nec profus domesticæ sunt, nec prius syluestres. Et de his haud dubio, quin liandum sit municipalibus legibus, sicuti de aluearibus, nempe quod si lege præscripta est periculus, ut scilicet intra tot passus nemo illas capiat, censendum est vique ad illam lineam esse domesticas. Quare extra illam potest eas quisque capere, modis tamē lege permissis. Nam potest etiam Rex vetare ne certis laqueis, aut plagis irretiantur, tunc autem non emerget restitutionis obligatio, sed pœnæ post condemnationem. Si autem infra spatium lege præscriptum capiuntur, forte non sunt captores a restitutione immunes, quandoquidem vsque ad limitem illum factæ sunt columba domesticæ. Tamen nec summo sunt rigore vrgendi, ac si de ipso columbario illas furarentur. Vbi autem nullæ extant ciuiles leges, si solum naturale ius consulas, apparet nemini reclamantibus illis qui facta circumcirca habentes damna sunt accepturi, licitum esse columbarium extruere. Quin vero si Caietanum in sua Summa auscultes, peccatum est mortale columbas in aliorum perniciam alere. At vero licet quando ingens esset detrimentum id forte verum habeat, si tamen domini pabulum sufficiens pro columbarum numero in columbario supeditent, non tantum agnosco criminis. Est enim hoc genus auis non solum in escam, verum ratione stercoreationis Republicæ vtile, quare non est cur profus a ciuili Republica abigantur.

Argumenta igitur in fronte quæstionis obiecta, solutione non indigent, sed attentione eorum qua dicta sunt. Lex enim illa quadrupli, aut quintupli, iudicialis erat, & ideo furem, quantum ad restitutionem laus erat reddere simplum, sed condemnatus deberet soluere pœnā. Zachæus autem inter alia supererogationis opera hoc ponebat, quod reddebat sua sponte quadruplum, siquid furaretur, non quod

ante condemnationem obligatus esset. Ad tertium vero membrum negatur consequentia, iuste enim iudex vindictam condemnat reum ad aliquid ad quod antea non tenebatur.

## ARTICVLVS V.

*Virum debeat aliquis id quod non ab-  
stulit restituere.*

**I**N quinto articulo, quia apud Diuum Thomam quartus est, quæritur, virum id debeat quispiam restituere, quod non abstulit. Et arguitur a parte affirmatiua. Primum de illo, qui semina effodit ne veniant ad messem, qui videtur grana debere quorum damnum dedit, quæ sibi tamen vsurpauit. Secundo de illo qui mutatum as, aut aliter debitum vltra præfixum terminum retinet, qui tenetur tam de lucro cessante, quam de damno dato, cum tamen id sibi ipse non accepit. Et tertio arguitur auctoritate Redemptoris. Matth. 25. Sciebas, quod meo vbi non seminatur, quod Deo debemus plus quam ab illo accepimus, & cum humana iustitia a Diuina deriuetur, id etiam videtur inter homines obseruandum. In contrarium autem est, quod restitutio ibi perficitur vbi æqualitas constituitur inter acceptum, & datum, si ergo quis plus rependeret teneatur, quam accepisset, restitutio illa a iustitia exorbitaret.

Quæstionis responsio tribus facillimis conclusionibus constat. Prima est ceteris superiorum repetitio. Vni quisque tenetur damnum quod alteri dedit, ad iustum restituere. Probatur. Damnum quempiam alteri dare idem est, quod quidpiam ab ipso auferre, siue pecunia sit, siue aliud bonum illa æstimabile: nam damnum quempiam accipere, v. ait 5. Ethicor. cap. 4. Aristot. nihil aliud est, quam minus habere, quam habere debuit, qui autem aleri quidpiam abstulit virtute iustitiæ cogitur tantumdem, neque plus, neque minus reddere. At vero bifariam contingit, ut quis quid alteri auferat, nempe aut illud quod ille actu habebat, aut quod habebat in potentia. Est ergo secunda conclusio. Quicumque id alteri adimit, quod actu habebat, tenetur ad eam quantitatem idem repensare, ut si domum abstulisti re-  
necis